230

1520 d. 10. 8bris. Ex ms. Bibl. Zaluss:

Anno 1520. die Decima Octobris Datus fuit Salvus Conductus Illustrissimo Principi Domino Friderico Legnicensi ad Illustrem Dominum Albertum Marchionem Magistrum Prussiæ generalem eunti, et ab eo redeunti et ut si visum illi fuerit, ac necessitas Negotiorum ab eo tractandorum id postulaverit secum, inde duos tres aut quatuor Consiliarios ac Oratores dicti Magistri recipere, quibus etiam cum eorum familiaribus, seu Comitibus est Securitas data ad decursum sex septimarum a data præsentium, Mandatumque Capitaneis exercituum et Militibus, et Omnibus Regijs Subditis, ut ab Omni vi, et injuria palam vel occulte seu quovis colore et prætextu eis inferenda abstinerent.